



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XXVIII. De poena illorum qui excommunicationem contemnunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

CLEMENTS RAVENNATE II. HENRICVS VII.  
P.V. IMP. 799

ANNO  
CHRISTI  
1301.

est per Canones imponenda, a liminibus ecclesiæ  
arceatur per mensem: & si pluries correctus se  
non emendauerit, in morte denegetur sibi ecclæ-  
siastica sepultura, vt, iuxta propheticum oraculum,  
cum benedicentibus Deum consortium non ha-  
beat in eadem.

### R V B R I C A XXVIII.

Cum proprii pastoris siue iudicis sententia sit  
timenda, hoc minus considerant & attendunt  
qui excommunicationis sententiam maxime con-  
temnentes in sua obstinata & pertinaci contumacia  
indurescunt, nec curant satisfactione præsti-  
ta in commissis absolutionis beneficium impetra-  
re; volentes talium cancerato morbo succurrere  
medicamine salutari, statuimus, & perpetua stabili-  
tate firmamus, quod quicumque de cetero ex-  
communicationis, vel suspensionis, vel interdicti,  
sententiam animo sustinuerit per annum indura-  
to, et si in morte beneficium absolutionis satisfa-  
ctione præstata meruerit obtinere, nihilo minus  
tamen in poenam contumaciæ ecclesiastica careat  
sepultura; salua illorum poena qui pro haeresi vel  
ipsius suspicione arctius percelluntur, iuxta cano-  
nicas sanctiones. Etiam propter hoc in poenam  
centum solidorum, denar. monetæ ipsius ciuitatis,  
cuius larem fouent, incurvant ipso facto.

### R V B R I C A XXIX.

Cum de matrimonio loquens dicat Aposto-  
lus, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, Ephes. 5.